



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series IX. Prælia & Præliorum eventus celeberrimi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

facchis, Suecis, Moschis, Tartari, Turcæ cum Persis Moschis, Polonis, Hungaris bellum gerunt.

Sinæ à Tartaris domiti 1644. post bellum 20. ferme annorum.

Hungaricos tumultus, Teckelio incensore, sequutum est bellum Turcicum in Hungaria & Græcia 1683.

Ab anno 1688. magnâ Europæ parte in Gallos confederatâ, Christiana Respublica bellico arsit incendio, usque ad exitum anni 1698. quo Pax composita, Gallos inter & Confederatos.



SERIES NONA.

Prælia & Præliorum eventus celeberrimi à Christo nato ad 1698.

☉ Sacul. 1. à 1. ad 100. ☉

Legiones Romanæ sub Q Varrone à Germanis cæsæ, novies. *Hac clades Augusto expressit lacrymas.*

Domitius Corbulo fugato Tiridate Armeniæ Rege, capta Artaxata comburit, & delet sub Nerone.

Suetonius Paulinus cæsis 80. Britannorum millibus Monam occupat 61.

Subacta est à Tito Hierosolyima, ubi undecies centena mortalium millia fame, aut gladio

gladio periëre, centum millia publicè vendita anno 70.

☉☉ *Sæculum II. à 100. ad 200.* ☉☉

Trajanus gemina, sed cruentâ victoriâ, intra IV. & V. Consulatum bellum Dacicum conficit.

Hadrianus Hebræos rebellantes maximis cladibus obterit.

Luc: Verus victo Vologese Parthorum Rege Parthicus appellatur 162.

Marcus Aurelius Antoninus Christianæ Legionis beneficio de Marcomannis triumphat 173.

Septimius Severus triennali obsidione Byzantium circumfidet 195.

☉☉ *Sæculum III. à 200. ad 300.* ☉☉

Alexander Severus insigni de Artaxerxe Persa victoriâ relatâ Romæ triūphat a. 234.

Gordianos Gothos, Sarmatas, Germanosq; Thraciâ incurstantes acie delet. a. 239.

Decius Imper: grandi clade à Gothis acceptâ fugiens mergitur in palude.

Valerianus Imper. à Sapore Persa victus & captus an. 260.

Cæsa scribuntur à Claudio II. pluribus prælijs CCCXV Gothorum millia, navium duo millia submersa.

Aurelianus ter devictis acie Gothis servat Italiam 271.

Sæc.

☉ *Sæcul. IV. à 300. ad 400.* ☉

Constantius 60. Alemannorum millia
cædit in Gallia, an. 301.

Constantinus Magnus Maxentium ad
Pontem Milvium, cælo per Crucem osten-
sam, favente, profligat an. 312. Liciniū pri-
mo an. 315. Mox iterum an. 324. Vincit
Sarmatas an. 319. Gothos an. 332. cædit.

Prælium ad Mursam inter Constantium
& Magnentium an. 351.

Sapor Persarum Rex, victo Constantio
Constantinopolim pervadit an. 363.

Theodosius I, Eugenium & Arbogasten
tyrannum, cælo ac tempestate favente, vi-
ctor opprimit an. 394.

☉ *Sæcul. V. à 400. ad 500.* ☉

Celebre ad Pollentiam Prælium inter
Stiliconem & Alaricum 402.

Rhadagafius Rex cum 200 Gothorum
millibus ad Fesulas victus 405.

Franci Modogifilum cum 20. Vandalor-
um millibus profligant 405.

Theodorico Hispano, Meroveo, Fran-
co, & Aëtio cum Attila ad Arelatem con-
fligentibus utrinque ad 180. mortalium
millia unâ die cæduntur 451.

Ricamerus Alanos in Italia insigni clade
atterit an. 464.

Clodoveus similiter Alemannos in Gallia
anno 469. Sæc.

☉ Sacul. VI. à 500. ad 600. ☉

Alaricus Gothus manu Clodovei cadit,
& exercitus strage inmensa afficitur an. 507.

Arturus Britonum Rex anno 520. ad
Badonis montem Saxones ingenti prælio
proffigat.

Justinianus per Belisarium Vandalos at-
terit an: 535.

Narses Totilam ad busfa Gallorum pro-
ffigat 552.

Justiniani copiæ ad Phasim à Persis fra-
ctæ 554.

Bucelinus prælio ad Capuam à Narsete
vincitur 555.

☉ Sacul. VII. à 600. ad 700. ☉

Cosroës II. Persarum Rex, cum plures
imperij provincias sædè lacerasset, Car-
thaginem expugnat 614.

Heraclius Cosroëm pluribus victoriis
exultantem divinitus debellat 622.

Saraceni Constantinopolim obsidentes
à Christianis proffigantur 674.

Constantinus Pogonatus per impruden-
tiam sædam accipit à Bulgaris cladem 684.

Tiberius II. Cæsis 200. Saracenorum
millibus, feliciter auspicator imperium 698.

☉ Sac. VIII. à 700. ad 800. ☉

Saracenis cum Roderico Hispano con-
Ee Bigent

326 *Prælia, & præliorum*
fligentibus 700. hominum millia utrinque
cadunt 713.

Cum Solimanno Saraceno 300. homi-
num millia frustra Constantinopolim tenta-
tant 715.

A Carolo Martello Franciæ Principe
Saracenorum 375. millia uno prælio cæsa
sunt an: 732.

Carolus Magnus Saxones immensis cla-
dibus afficit.

Saracenorum 700. millia ab Alphonso Ca-
sto mactata pluribus prælijs.

☉ *Sæculum IX à 800. ad 900.* ☉

Pipinus Caroli Magni filius Venetorum
prius victor, mox ab eisdem victus Raven-
nam migrat inglorius 811.

Celeberrima apud Scotos Regis Kenne-
thi victoria, quâ Pictorum gens cum Rege
Druskeno ad Taum fluvium penè deleta.

Ramirus I. Legionis Rex, cæsis ad Cla-
vigium sexaginta Maurorum millibus, Al-
veldam, & Calagurrim ipsis eripit an. 846.

Arnulphus Germaniæ Rex Romam diu
frustra oppugnatam, per occasionem le-
poris, fortè in eam fugientis, capit. *Sige-
bertus & alij.*

☉ *Sæculum X. à 900. ad 1000.* ☉

Saraceni arce Gariliani pulsi cæduntur
anno 915.

Crema.

Crematâ per Hugonem Italiae Regem
classe, Saracei deserunt Fraxinetum an 931.

Henricus Auceps voto nuncupato, Hun-
garos praelio victos penè delet 933.

Ramirus II. Rex Legionensis Mauros
ad Septimancos triginta millibus caesis
proffigat 934.

Petrus Urseolus Dux Venetus insignem
de Saracenis victoriam refert 976.

De eisdem Saracenis egregiè triumphat
Veremundus Rex Hispaniae 998.

☉ *Saecul. XI. à 1000. ad 1100.* ☉

Quadragesima nobiles Nortmanni Hie-
rosolymis reduces Salernum ab obsidione
Saracenorum liberant an. 1002.

Maniaces Michaëlis Paphlagonis in Si-
cilia Dux, unico praelio 50. Saracenorum
millia caedit 1040.

Sexcenta Scytharum millia precibus
Constantini Ducis & populi, divinitus
fusa 1065.

Itali Victore III, Rom. Pontif: impel-
lente, Africam sub vexillo S. Petri aggres-
sivè centum Saracenorum millia interficiunt 1087.

☉ *Saecul. XII. à 1100. ad 1200.* ☉

Calojoannes Imp: nobilem de Scythis
victoriam reportat 1123.

Aegypti apud Afcalonem tantâ clade
affecti

affecti à Dominico Michaële Veneto, ut mare ad duo milliaria sanguine Cæforum rubesceret 1124.

Alphonfi I. Lusitani Régis Orichiensis de Ismaro, & quatuor aliis Mauris Regibus, victoria celeberrima 1137. *Hist. Lusit.*

Idem Alphonfus & filius Sancius I. innumerabiles Maurorum copias cum Marochiorum Imperatore, & tredecim simul Regibus, ad Scalabim cædunt 1183. *Ibidem.*

☉☉ *Sec. XIII. à 1200. ad 1300.* ☉☉

Theodorus Lascarus parvâ manu ingentes Turcarum copias delet, Sultano obtruncato 1209.

Miramolinus cognomento viridis cum 600, Saracenorum millibus profligatur à Regibus, Alphonso Castellæ, Petro Aragoniæ, Sancio Navarræ 1212.

Octingenti Cruce signati Duce Simone Monfortio Tolosanorum & Aragonum centum milia fundunt 1213.

Pugna Boviensis, in qua à Philippo Augusto Galliæ Rege victi, Otho Cæsar, Johannes Anglus, Ferdinandus Flander, qui certi propemodum victoriæ, catenas captivis vinciendis attulerant, an. 1314.

☉☉ *Sec. XIV. à 1300. ad 1400.* ☉☉

Philippus Pulcher Galliæ Rex gravem passus

passus est jacturam in pugna ad Curtracum an: 1302. ubi temeritate Roberti Atrebatum Comitis flos Gallicæ nobilitatis à Flandris excisus est.

Alphonsus XI. Castellæ Rex 450. Saracencorum millia cædit, viginti duntaxat è suis desideratis an: 1340.

Clades Gallorum per Anglos ad Cressiacum 1346.

Veneti à Genuensibus (quos pacem flagitantes rejecerant) ad sapientiam insulam gravi clade funduntur 1354.

Pugna Pictaviensis inter Anglos & Gallos horum clade funestissimâ 1356.

Petrus Auria Genuensis classis præfectus Venetos pacem orantes, propositis durissimis ad desperationem adigit, mox ipse fame ad deditiõnem compellitur 1379.

☉ *Sac: XV. à 1400. ad 1500.* ☉

Tamerlanes Tartarus ductis duodecies centenis militum millibus Bajazetem Turcam profligat cæsis 140. millibus an. 1402.

Classis Hispana vivæ calcis beneficio à Genuensi victa, captique duo Reges Aragoniæ & Navarræ 1435. *Blondus.*

Uladislaus Poloniæ & Hungariæ Rex ad Varnam pugnans cum Amurathe obtruncatur à Turcis, perit etiam Julianus Cardin: Cælar; Legatus an: 1444.

Ec 3

Joan-

Joannes Hunniades, Stephanus Vaivoda, & Battoreus celebres de Turcis victorias referunt.

☉ *Sac. XVI. à 1500 ad 1600.* ☉

Jacobus IV. Scotiæ Rex, & flos nobilitatis ad Flondonium montem cæsus ab Anglis, Duce Thomæ Hanwerto 1513.

Rhodus à Solimanno Turca in deditio-
nem accepta est an: 1522.

Vienna à Solimanno frustra obsidetur
anno 1526.

Sophi Turcarū 400. millia cædit an. 1557.

Gallorum magna clades ad S. Quinti-
num an. 1557.

Moschus Turcarū 600. millia delet 1560

Melita à Turcis obsessa sed fortissimè de-
fensa an. 1565.

Insignis victoria Christianorum de Tur-
cis ad Echinadas 1571.

Sebastianus Lusitaniæ Rex in Africa
pugnans cum flore regni perit 1578.

Parisijs ab Alexandro Farnesio liberati
an' 1590.

Antuerpia ab eodem capta 1595.

☉ *Sac. XVII. à 1600 ad 1698* ☉

Ostenda expugnatur à Spinula 1621.

Celebris de Osmane Turca Polonorum
ad Chocimum victoria 1621.

Rupel.

Rapella à Ludovico XIII expugnata 1628

Sueci ad Nörtlingē victi ab Anstriacis 1634

Casimirus Polonus Tartaros memorabiliclade cædit 1669. & Joannes Sobieski, postea Rex, Turcas ad Chocimum an 1672

Turci, Viennâ ingentibus copiis frustra oppugnatâ à Christiano exercitu ingenti damno repulsi anno 1683.

Buda de Turcis recepta 1686. Belgradum Maximiliani Emmanuelis Bavari virtute fortiter expugnatum an. 1689. sed anno sequenti iterum amissum.



SERIES DECIMA.

Belli Duces nobiliores à Christo nato ad 1698.

Sæculum I. à I. ad 100.

Senius Saturninus & Valerius Messala Augusto Imperante.

Germanicus Cæsar Drusi filius.

Arminius Cheruscorum Princeps.

Tacfarinas Numida cum Romanis variâ fortunâ congressus.

Mutianus & Antonius Vespasiani affeclæ.

Agricola Historici Taciti socer, rebus in Britannia gestis nobilis.

Trajanus bello clarus, & mox Imperator. Gal-